

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Diuicie ah
cum fonte primo

Apud antiquos autem prior eris quam ferri cognitus usus.
Ere quippe prius proscindebant terram,
ere certamina belli gerebant, eratque in precio magis es;
aurum uero et argentum propter inutilitatem reiciebantur.
Nunc uersa uice: iacet es, aurum summo cessit honore.
Sic uoluenda etas commutat tempora rerum
et quod fuit in precio fit denique honore nullo.

Ysidorus libro XVI. ethimologiarum.

Apud antiquos autem prior aeris quam ferri cognitus usus.
Aere quippe primi proscindebant terram,
aere certamina belli gerebant, eratque in pretio magis aes;
aurum uero et argentum propter inutilitatem reiciebantur.
Nunc uersa uice: Iacet aes, aurum summum cessit honorem:
sic uoluenta aetas commutat tempora rerum,
et quod fuit in pretio fit nullo denique honore.

Isidorus Hispalensis, *Etymologiarum libri XX.*, 16.20.1
(W.M. Lindsay ed., vol.2, n.p., ll.9-16).